



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

3. De punitione, quae sequitur hic & in futuro iniustum lucrum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

3. Tertiò notatur pœna turpis lucri, Ezech. 22. sicut leo rugiens capiensq; prædam, sic animas deuorauerunt, id est, opes & precium, acceperunt sacerdotes eius, contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea, inter sanctũ & prophanum non habuerunt discrimen: Principes quasi lupi rapiunt prædam & auari sectantur lucra: & infra, ideò effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos, &c. Indignatio igitur Dei est super eos, qui auari sectantur turpia lucra, quæ sunt cõmuniter furta: sic Iudas habuit triginta argenteos quibus vendidit saluatorem, Mat. 26. Erat & hoc turpe lucrũ, sed sic puniuntur, vt seipsum suspenderet, & crepuit medius Acto. 1. Ideò Salomon inquit: Benedictio Domini diuites facit. Quo fit, vt rarò ditètur lusores, raptores, & ceteri turpis lucri cupidi, & idẽ Prouer. 28. Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm diues in prauis itineribus & Eccl. 31. Beatus est diues qui inuentus est sine macula, sed quis est hic, & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua, &c. quasi dicat, Rarus est, inuenire diuitẽ qui collegit diuitias suas sine peccato. Ob id Christus nõ frustra dicit Mat. 19. Difficile est diuitẽ intrare in regnum cœlorum, & Apostolus dicit 1. Tim. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in temptationes & laqueos diaboli, in desideria multa & inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem:

Prouer. 10.

OCTAVVM DEI PRAECE-  
ptum, Non falsum testimonium di-  
ces, Exod. 20.  
CAP. XXI.  
ARGVMENTA.

1. *Ad quid nos Deus obligat hoc præcepto erga suam personam.*

2. *Ad*